

DEDICATORIA.

prorsus intolerabilis nata est gloria-
tio: Calvinistarum dogma, quod de S.
Cæna tenent & defendunt, in Confessione
Augustana sic esse fundatū, ut nullo pacto
isthinc eradicari aut expungi queat:
quin imo solos Calvinianos Confessionis
huius veros ac genuinos esse socios &
propugnatores.

Quæ sanè ipsorum stupenda temeritas & impudentia, partim à Re-
formata Ecclesiæ Doctores: partim verò ab ipsis etiam Electoribus,
Principibus & cæteris ordinibus S.
Rom. Imperii, qui Christianæ For-
mulæ Concordiæ sua dederunt no-
mina; multis modis ita in apricum
Solem hætenus est protracta: ut
pudendam eius vanitatem, & in cor-
rumpendis ac depravandis Publicis
historiarum monumentis, detestan-
dam perfidiam, vel manibus, quod
dicitur, palpare potuerit, quisquis
non sibi sua sponte oculos perstrin-
gere, vel (ut Iustini Martyris utarada-
gio) τὸ πικρὸν ἐκείως καταπίνειν volue-
rit. Cæterum ne sic quidem satiari

2 3 potuit